



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum omnis simulatio sit peccatum mortale? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38762

tale. In alijs autem non oportet quòd mortaliter peccent mentiendo.

QVÆST. CXI.

De simulatione & hypocrisis, in quatuor articulos diuisa.

Postea considerandum est de simulatione, & hypocrisi.

- ¶ Et circa hoc queruntur quatuor.
- ¶ Primo, verum omnis simulatio sit peccatum?
- ¶ Secundo, verum hypocrisis sit simulatio?
- ¶ Tertio, verum opponatur veritati?
- ¶ Quarto, verum sit peccatum mortale?

ARTIC. I.

Verum omnis simulatio sit peccatum?

Ad primum sic proceditur. Videtur, quòd non omnis simulatio sit peccatum. Dicitur enim Luc. vi. quòd Dominus se finxit longius ire: & Ambr. dicit de Abraham*, in lib. de Patriarchis, quòd captiose loquebatur cum seruis, cum dixit Gen. 22. Ego & puer illic vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Fingere autem, & captiose loqui, ad simulationem pertinet. Sed non est dicendum, quòd in Christo, & in Abraham fuerit peccatum. Ergo non omnis simulatio est peccatum.

576
c. vile simulationem. 22. qu. 2. cap. 8. in med. co. 4

¶ 2 Præterea, Nullum peccatum est vile. Sed sicut Hieron.* dicit, Vile simulatione, & in tempore assumendam, Iehu Regis Israel nos doceat exemplum, qui interfecit sacerdotes Baal, fingens se idola colere vellet, vt habetur 4. Reg. 10. & Dauid immutauit faciem suam coram Achis rege Geth, vt habetur 1. Reg. 21. Ergo non omnis simulatio est peccatum.

* ad Gal. 2. sup. illud, Cum venisset Petr. Antioch. 30. 9.

¶ 3 Præterea, Bonum est malo contrarium. Si ergo simulare bonum est, malum; simulare malum, erit bonum.

¶ 4 Præterea, Isaïz 3. contra quosdam dicitur, Peccatū suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Sed abscondere peccatū ad simulationem pertinet. Ergo non vni simulatione interdum est reprehensibile.

Sec. Sec. Vol. ij. Qq

sibile.

fibile. Vitare autem peccatum numquam est reprehensibile. Ergo simulatio non semper est peccatum.

SED contra est, quòd Isai. 16. super illud, In tribus annis, &c. dicit gloss. * In comparatione duorum malorum leuius est apertè peccare, quàm sanctitatem simulare. Sed apertè peccare semper est peccatum. Ergo simulatio semper est peccatum.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est *, ad virtutem veritatis pertinet, vt quis talem se exhibeat exterius per signa exteriora, qualis est. Signa autem exteriora non solum sunt verba, sed etiam facta. Sicut ergo veritati opponitur, quòd aliquis per verba exteriora aliud significet, quàm quod habet apud se, quòd ad mendacium pertinet: ita etiam opponitur veritati, quòd aliquis per aliqua signa factori, vel rerum, aliquid significet contrarium eius, quod in eo est: quod propriè simulatio dicitur. Vnde simulatio propriè est mendacium quoddam in exteriorum signis factorum consistens. Non refert autem, verum aliquis mentiatur verbo de quocumque alio facto, vt supra habitum * est. Vnde cum omne mendacium sit peccatum, vt supra dictum est †, consequens est etià quòd omnis simulatio est peccatum.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut Aug. dicit in lib. * de quæst. euangelij, Non omne quod fingimus, mendacium est: sed quando id fingimus, quod nihil significat, tunc est mendacium. Cum autem fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Et subiungit exemplum de figuratis locutionibus, in quibus fingitur quædam res, non vt asseratur ita esse: sed eam proponimus, vt figuram alterius quod asserere volumus. Sic ergo Dominus in euangelio finxit se longius ire, quia composuit motum suum, quasi volentis longius ire, ad aliud figurate significandum, scilicet quòd ipse ab eorum fide longè erat, vt Greg. * dicit. Vel vt Aug. * dicit, Quia cum longius recessurus esset ascendendo in caelum, per hospitalitatem quodammodo reti-

est gloss.
Hiero. in
fn. comē.
ad 16. c.
Isa. 16. 5.
q. 106. a.
3 ad 3 et
q. 110. a.
1.

* q. prac.
ar. 1.
† ibi. a. 3.

* lib. 2. c.
51. in pr.
80. 4.

ho. 23. in
euang. nō
longè a
princ.
* Aug. li.
2. qq. euā.
c. ult. a
80. 4.

retinebatur in terra Abrahâ etiam figuratiuè locutus est. Vnde Ambros.* dicit de Abraham, quòd prophetauit quod ignorabat. Ipse enim solus disponebat redire immolato filio: sed Dominus per os eius locutus est quod parabat. Vnde patet quòd neuter simulauit.

** in li de
Abraha
c. 8. 10. 4.*

Ad secundum dicendum, quòd Hieron. vtitur largè nomine simulationis, pro quacumque fictione. Commuratio autem faciei Dauid fuit fictio figuralis, sicut glossa exponit in titulo illius Psal. Benedicam Dominum in omni tempore. Simulationem verò Iehu non est; necesse excusari à peccato, vel mendacio, quia malus fuit: vtpotè ab idololatria Hieroboam non recedens. Commendatur tamen, & temporaliter remuneratur à Deo, non pro simulatione, sed pro zelo, quo destruxit cultum Baal.

Ad tertium dicendum, quòd quidam dicunt quòd nullus potest se simulare esse malum; quia per opera bona nullus simulat se malum. Si autè opera mala faciat, malus est. Sed hæc ratio non cogit. Potest enim aliquis se simulare malū per opera quæ in se non sunt mala, sed habent in se quādam speciem mali: & tamè ipsa simulatio est mala, tū ratione mendacij, tū ratione scandali. Et quāuis per hoc fiat malus, nō tamen fit malus illa malitia quam simulat. Et quia ipsa simulatio secundum se mala est, non ratione eius, de quo est, siue sit de bono, siue sit de malo, peccatum est.

Ad quartum dicendum, quòd sicut aliquis verbo mentitur, quando significat quod non est, non autem quando tacet quod est; quod aliquando licet: ira etiā simulatio est quando aliquis per exteriora signa factorum vel rerum, significat aliquid quod non est: non autem si aliquis prætermittat significare quod est. Vnde aliquis potest peccatum suum occultare absque simulatione. Et secundum hoc intelligendum est quòd Hieron. * dicit ibidem, quòd secundum remedium post naufragium est peccatum abscondere, ne scilicet exinde alijs scandalum generetur.

*Esai. 3. s.
per verb.
Esai. cii.
in arg 10
mo 5.*

Q 9 2 AR-